Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ACTVS.

ponentes eum de ligno posuerunt in
monumento. Deus uero suscitauit eum
a mortuis tertia die. Qui uisus est per
dies multos his qui simul ascende
rant cum eo de galilea in ierusalem. qui usque
nunc sunt testes eius ad plebem. Et
nos uobis annuntiamus eam que ad
patres nostros repromissio facta est. quoniam hanc
deus adimpleuit filiis nostris. resuscitans
eum. sicut in psalmo secundo scriptum est.
Filius meus es tu. ego hodie genui te.
Quod autem suscitauit eum a mortui.
amplius iam non reuersuro in corrup
tionem. ita dixit. quia dabo uobis sancta
dauid fidelia. Ideoque et alias dicit. Non
dabis sanctum tuum uidere corruptionem.
Dauid enim in sua generatione cum
ministrasset uoluntati dei. dormiuit
et appositus est ad patres suos. et uidit
corruptionem. Quem uero deus suscitauit
non uidit corruptionem. Notum igitur
sit uobis uiri fratres. quia per hunc remis
sio peccatorum uobis annuntiatur ab omni
bus quibus non potuistis in lege moysi iusti
ficari. In hoc omnis qui credit iusti
ficatur. Videte ergo ne superueniat
uobis quod dictum est in prophetis. Videte
contemptores et admiramini. et disperdi
mini. quia opus operor ego in diebus
uestris. opus quod non credetis. si quis enar
rauerit uobis. Exeuntibus autem illis
rogabant ut sequenti sabbato loquerentur
sibi uerba hec. Cumque dimissa esset
synagoga. secuti sunt multi iudeorum
et colentium dominum aduenarum. paulum et
barnabam. Qui loquentes ad eos suade
bant eis. ut permanerent in gratia dei.
Factum est autem ut pene uniuersam ciuita
tem diffamaretur uerbum. Sequenti
uero sabbato pene uniuersa ciuitas con
uenit audire uerbum dei. Videntes
autem turbas iudei. repleti sunt zelo.
et contradicebant his que a paulo
dicebantur blasphemantes. Tunc con
stanter paulus et barnabas dixerunt.
Vobis oportebat primum loqui uerbum
dei. sed quoniam repellistis illud. et iudi
cantes iudicatis uos esse indignos uite. ecce ecce con
uertimur ad gentes. Sic enim precepit
nobis dominus. Posui te in lumen gentibus.
ut sis in salutem gentibus usque ad extre
mum terre. Audientes autem gentes ga
uise sunt. et glorificabant uerbum domini.
et credebant quotquot erant preordi
nati ad uitam eternam. Disseminabatur
autem uerbum domini. per uniuersam regionem.
Iudei autem concitauerunt religiosas mu
lieres honestas. et primos ciuitatis.
et excitauerunt persecutionem in paulum
et barnabam. et eiecerunt eos de finibus
suis. At illi excusso puluere pedum in
eos. uenerunt iconium. Discipuli quoque
replebantur gaudio. et spiritu sancto. xiiij.

Factum est autem in iconio ut si
mul intrarent synagogam iu
deorum. et loquerentur ita ut
crederet iudeorum et grecorum multitudo co
piosa. Qui uero incredduli fuerent iudei.
suscitauerunt et adiecundiam contra
uerunt animas gentium aduersus fratres.
Dominus autem dedit cito pacem. Multo
igitur tempore demorati sunt fiducialiter
agentes in domino. testimonium phibente
illis uerbo gratie sue. dante signa et prodi
gia fieri per manus eorum. Diuisa est autem
multitudo ciuitatis. et quidam erant cum
iudeis. quidam uero cum apostolis. Cum autem
factus esset impetus gentium et iudeorum cum
principibus suis. ut contumelias afficerent
et lapidarent eos. intelligentes confu
gerunt ad ciuitates lycaonie. lys
tram. et derben. et uniuersam circuitu